

dine non probabiliter uerunt, & hoc dico adhuc non ualde malorum hominum
uitium. quilic & regulam non teneant ueritatis. tamen religiose haec pati uidentur.
& habere zelum dī sed non secundum scientiā & ideo fortassis uidebuntur non debere
uehementius condemnari. ut pote nec multa uapulaturi tamquam ignorantes
dn̄i uoluntatem & idcirco non facientes eam. aut qui fortassis etiam corrigi aliquan
do potuerunt & emendari. qm̄ religiosa mens quam cito offenditur tam prump
te & facile curatur. si quis forte ei sermo apte & conpetenter adhibitus corpulsa
uerit continuo sicut ignifer lapis pulsatus a simili ex ea quae sibi naturaliter inest
lucis scintilla lampadas confestim ueritatis accendit; de illis uero quid dicamus. qui
dum lactantiae gloriam quaerunt. & praeeē populis delectantur. iniquitatem
in excelso loquuntur; qui uelut lamnes quidam & mambres non tam moysi quam
ueritati resistunt. & aduersum sanam doctrinā commouent arma uerborum.
Tertium quoque genus est ex inperitia contradicentium quamutiq. inperitiam
consequenter insolentia committatur. & omni uerbo nisi si quod forte ipsi protu
lerint hostiliter & insolenter occurrunt. a quib; secundum dn̄i dictū. porcorum
more ueritatis margaritae pedib; conculcantur; aliquoq. sunt qui nullam quidem
ex proprio sensu opinionē deferunt. neq. aliquam formam de fide dī optinent uel bonā
uel malam. sed omnib; se tradunt magistris. atq. omnem suscipiunt sermonem. uelut
quod melius est & rectius ex omnib; electuri. ignorantes quia non bonos de ueritate
iudices elegerunt. semet ipsos uidelic & iudicare seputant posse de his quae se fatentur
ignorare, tum deinde exuri similib; frequenter in hoc modo in illud uersi atq. mutati.
& omni uerbo nunc adquiescentes. paulo post iterum reluctantes. simul & magistros
& studia permutant. & uelut puluis uento agitatus facile transferuntur. ad ultimū
uero stultitiae suae proferunt fructū, nam uelut fatigati audiendo diuersos. & uicti
taedio simul omā respuunt. & uelut uacui & inanes ex omnib; quae crediderunt facti.
continuo etiam contempnere & inridere nos incipiunt. uelut nihil rationabile in
fidenr̄a habentes. & patiuntur quod accedere solet his qui oculos dolent. & solis lumen
accusant. uel qui aures & uoces hominum minus eē sonoras quaeruntur, propterea
ergo multo utilius est animae simpliciter & pure ueritatis elementa suscipere. & uelut
ceris ea nondum charaxatis inscribere. quam super illa quae ante male scripta sunt

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc276/0023